

caſus deſumpti ſunt ex iure communi, & eos docet lex 18. tit. 18. part. 4. & ibi Gregor. & Montalb.

2. Secunda conſuſio: filius à patre emancipatus, ſi ingratus ſe præbeat, ſcilicet, ſi iniuriam verbis, aut factis, patri irrogat, poteſt ad patriam poteſtatem reduci. Ita diſponit lex 19. eodem tit. quod intelligitur, quando filius voluntarie eſt à patre emancipatus: tunc enim cùm emancipatio fuerit gratuita, & gratia huic filius ingratus fuerit, meretur propter ingratiſtudinem hac gratia priuari. Si verò coactus à iudice emanciparet, non ob id reduceretur filius in patriam poteſtatem. Ita aliqui, quos referunt, & ſequitur Gregorius Lopez ibi. Similiter non redit in patris poteſtatem per ingratiſtudinem, quando non ab ipſo patre, ſed à lege eſt emancipatus. Sic Gutierrez de hered. quali. & diſſer. §. ſui, num. 122. Oroſcius l. qui liberus, num. 4. & §. ff. de adop.

CAPVT II.

De peculio, eiusque generibus.

SVMMARIVM.

- DVB. 1. Quid, & quomplex ſit peculium, & quid diſſerret inter peculia.
- 2. Quid ſit peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, profectitium, & aduentitium: & quaſi peculia in ſpeciali dicantur caſtrenſia.
- 3. Quæ peculia ſint quaſi caſtrenſia.
- 4. Quæ peculia ſint aduentitia.
- 5. An patri ſas ſit diſtribere aduentitia filij.
- 6. An teneatur pater inuenturionem facere, cùm aduentitia filij recipit.
- 7. Quæ peculia ſint profectitia.
- 8. An filio, qui patri præ cæteris filijs miniſtra, ac rei familiaris paternæ curam gerit, cùmque adminiſtra, teneatur pater laboriam mercedem, ſeu ſalarium ſoluere, & ſi ipſe non ſoluat, an, ipſo mortuo, teneatur ſoluere reliqui fratres: ſalarium (inquam) quod extraneo ſimiliter miniſtranti ſoluere.
- 9. An quidquid filioſum pecunia patris acquirat, vel in rebus patris, cenſendum ſit profectitium.
- 10. An quando vivente patre, filius aliquot acquiſiuit, nec conſtare poteſt, cuius ex bonis parta ſunt, cenſenda ſint profectitia.
- 11. An ſi pater deliquiderit bona aduentitia filij, & illa conſonat, poſſit filius, deſuncto patre, petere à reliquis fratribus coheredibus hoc damnum ſibi reſtitui.
- 12. An pater in aliquibus caſibus non habeat uſumfructum in bonis aduentijs filioſum.
- 13. An in his caſibus pater recipiat uſumfructus commeditatem.
- 14. An donatio, vel remiſſio uſumfructus per patrem filio facta poſſit reuocari per alios fratres, tanquam inofficioſa, & ratio filius teneatur in diſpoſitione hereditatis eam conferre cum alijs fratribus.
- 15. An remiſſio tacita uſumfructus ſat ſit, ut filius illum ſibi capiat, & talis remiſſio, ſeu donatio valeat ſtatim, & ſit irrenocabilis, vel ſit reuocabilis, & que ad mortem patris.

- 16. An in legitima debita à matre, vel aſcendenti-bus ex linea materna, & ſimiliter in tertio bonorum poſſit mater, vel aſcendentes hanc conditionem ponere, & uſumfructus non acquiratur patri.
- 17. An ſi extraneus ſimul patrem, & filioſum familias inſtituat heredem pro dimidia parte quemlibet, pater acquirat uſumfructum in parte illa relicta filio.
- 18. An quando filius eximitur à patria poteſtate per mortem ipſius filij, vel ipſius patris, amittat pater uſumfructum in eius aduentijs.
- 19. An quando filius eximitur à patris poteſtate ratione dignitatis, ut Episcopalis, patriæ, &c. amittat pater uſumfructum.
- 20. An quando filius eximitur à patria poteſtate, quia emancipatur à patre, amittat pater uſumfructum.
- 21. An quando filius liberatur à patria poteſtate per matrimonium, ſequitur Ecceſie benedictionibus amittat pater uſumfructum.
- 22. An ſi filius, ad quem pertinebat uſumfructus, ſcilicet coniugatus, recepit Ecceſie benedictionibus, videat patrem percipere uſumfructum aduentitiorum, nec petat ab eo aduentitia, confeſtatur uſumfructum remittere, & ſic deſuncto patre non teneatur heredem dictum uſumfructum illi reſtituere.
- 23. An filioſum familias per teſtamentum, vel renunciationem poſſit patrem uſumfructum priuare.
- 24. An in primogenio, Ducatu, Comitatu, &c. obueniente filioſum familias ex matre, vel in linea materna, vel alieniæ pater habeat uſumfructum.
- 25. An ſi pater ſit mortis proximus, filioſum familias ipſi acquirat.
- 26. An caſu, quo auferatur patri adminiſtratio bonorum aduentitiorum filij, reſeruetur ei uſumfructus, quando auferatur propter dilapidationem, ſi em an in dote aduentitia filie acquirat pater uſumfructum.
- 27. An in uſumfructu relicto filioſum familias acquirat aliquid pater.
- 28. An in ſendo filioſum familias pater habeat uſumfructum.

DVBIVM I.

Quid, & quomplex ſit peculium, & quid diſſerret inter peculia.

NOTA primò, peculium eſſe puſillam ſubſtantiam, vel pecuniam ſeparatam à rebus, & ratiocinijs patris, vel domini, datam, vel promiſſam filio, aut ſeruo. l. de poſt. ff. de peculio. Sylueſt. & reliqui Summiſta; verbo peculium, initio.

Secundò nota, peculium, ſeu bona filiorum eſſe quadruplicia, ſcilicet caſtrenſia, quaſi caſtrenſia, aduentitia, profectitia. Ita habetur ex l. 1. peculium, & part. 4. tit. 17. l. 5. & notant omnes Summiſta, & omnes Doctores.

Tertiò nota, hoc diſtare inter iſta peculia, quòd in caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi filius habet plenum dominium, & uſumfructum, & cenſetur in eo quaſi paterfamilias. Vnde in his bonis nihil habet pater. C. de inoff. teſtam. l. ſin. & ff. ad Mace-don. l. 1. §. ultimo, & l. 2. & part. 4. tit. 17. l. 6. in aduenti

aduentitio verò filioſum familias habet proprietatem, & dominium, ſed pater habet uſumfructum, dum uiuit, ratione patriæ poteſtatis. l. non ſolum, & l. cum oportet. C. de bonis, qua liber. & part. 4. eodem tit. l. 5. in profectitio autem pater habet proprietatem, & uſumfructum; filius verò nihil iuris habet. Inſtit. per quas perſon. nobis acquir. §. 1. & eadem l. 5. ita notant vniuerſi Doctores.

4. Sed dubitabis, cui ergo uſui eſt hoc peculium filio. Reſpondetur ad hoc tantum deſeruire, ne publicetur caſu, quo alia patris bona propter delictum publicantur. l. 3. §. ſed etiam. ff. de minoribus. Ita Sylueſt. ubi ſupra. Couarr. lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. verſ. hinc apparet. Angel. verbo, peculium, num. 16. Tab. num. 17.

DVBIVM II.

Quid ſit peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, profectitium, & aduentitium, & quaſi peculia in ſpeciali dicantur caſtrenſia.

NOTA in genere loquendo, peculium caſtrenſe dicitur, quod caſtris, ſeu bello partum eſt, & ſic dicitur caſtrenſe, quaſi caſtris acquiſitum. Quæ caſtrenſe dicitur, quod per officia publica ſtipendium publicum habentia quaſitum eſt. Et dicitur quaſi caſtrenſe, quia quaſi in caſtris acquiritur, iſthac enim munia, quaſi militaria cenſentur. Aduentitium dicitur, quod nec bello, nec ratione officij publici partum eſt, nec ex paternis bonis, nec ex patris occasione, ſed aliunde, ut donatione, legato, &c. & dicitur aduentitium, quaſi aliunde, quàm ex paterna ſubſtantia, promeniens. Profectitium eſt, quod ex pecunijs, aut rebus patris, aut patris occasione acquiruntur: dicitur verò profectitium, quia proficiſcitur à paternis bonis. Ita deſiniunt leges, & omnes Doctores, ut ex dicendis conſtat.

2. Quoad ſecundum, ſcilicet, quæ peculia ſint caſtrenſia.

Primò nota, caſtrenſe peculium eſt quidquid filioſum familias ratione alicuius officij militaris in bello acquirat, & hoc, ſive per mare, ſive per terram, vel ſi ſit miles, Dux, &c. l. caſtrenſe. ff. de peculio caſtrenſe, & part. 3. tit. 2. l. 2. Gregorius Lopez, & Montalbus ibi. Sylueſt. peculium 1. quaſt. 1. Angelus num. 2. Armill. & Tabien. num. 1. Nauarrus cap. 17. Latina, & Hiſp. num. 141. & omnes id tenent.

3. Secundò: etiam eſt caſtrenſe, quod filius acquirat ratione officij, ſive per mare, ſive per terram exerceatur, ad bellum neceſſarij. Ita colligitur ex eiſdem legibus, & notant Sylueſt. ibidem, & Nauarr. in Hiſpan. d. num. 141.

4. Hinc ſit caſtrenſe eſſe, quod nauæ, remiges, patroni, ſive alij officiales in triremibus, vel nauibus acquirant ratione horum muniorum. Ratio, quia iſthac munia ad bellum neceſſaria ſunt. Sic colligitur ex dictis legibus, & notat Nauarr. Hiſp. dicto num. 141. Sylueſt. peculium 1. quaſt. 1. Armill. ibi num. 7. Tabien. ibi num. 7. Ang. num. 4. Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 6. verſ. deſtos lugares. Vbi vniuerſaliter docet lucra quaſita in mari per milites maris caſtrenſia eſſe. Patet etiam ex l. 7. ff. de honor. poſſeſ. ex reſtam. milit. Hoc tamen intelligendum venit, quod ex cauſa publica officium hoc obeunt, ſecus quando ex priuata cauſa, ut pro

mercibus, & huiusmodi. Ita Syllu. Tab. Ang. Arm. ibidem. Item intelligitur, quando non eſt in bello iniulto, ſed iuſto, quia iniuſtum bellum eſt publica cauſa, nec ad bonum commune ordinatur. Syllu. Tab. Arm. ibi.

Tertiò, caſtrenſe eſt, quidquid filius in militia acquirat, alijs niſi militaſſet, minime parturus, ſi enim alijs ſine militia parturus eſſet, non erit caſtrenſe. Colligitur ex dicta l. caſtrenſe, cum ibi notatis. Sic Sylueſt. quaſt. 1. Ang. num. 3. Tabien. & Armill. num. 2.

Quartò, caſtrenſe eſt, quod filius ratione cuſtodie alicuius caſtelli, vel arcis, id eſt, fortalezæ, lucratur. l. 6. tit. 17. part. 4.

Tandem caſtrenſe eſt, quidquid filioſum familias militi datur à parentibus cognatis, vel alijs quibuſcunque. l. miles, & l. caſtrenſe. ff. de pecul. caſtrenſi. Ratio, quia hoc donum ratione militia comparatur. Ita Nauarr. Hiſp. dicto num. 141. Gregor. Lopez part. 3. tit. 2. l. 2. verſic. De las ſoldadas. Montalb. part. 4. tit. 17. l. 6. verſic. Caſtra, & lib. 3. legum ſori, tit. 4. l. 7. verſic. el Rey. Segura l. Imperator. ff. ad Trebell. num. 87. Bart. l. ſi forte. ff. de caſtrenſ. pecul. & tract. de duobus fratribus. Sylueſt. quaſt. 4. Ang. n. 8. Tab. & Arm. num. 4.

Nota tamen hoc intelligendum eſſe cum limitatione quadam: in triplici enim differentia ſunt, quæ militi donantur; quædam manifeſta ad eius obeundum munium conferunt, ut ſunt arma; & hæc caſtrenſia ſunt, ut patet ex legibus citatis; quædam verò ad id minime præſtant: ut ſi bona aliqua immobili militi conferantur, & talia non ſunt caſtrenſia, nec quaſi, niſi in duplici caſu; alter eſt quando donans ratione ſolius militia ductus dedit. Alter, quando dedit, ut vendatur, & neceſſaria ad militare munium pretio emantur. Extra hos duos caſus caſtrenſia, vel quaſi, non erunt, etiam ſi donans expreſſerit, ut ſit caſtrenſe, vel quaſi. Alia verò donata ſunt media, quæ ſcilicet, ad huiusmodi militaria emantur, & ad alia conferunt, ut ſeruus, &c. & hæc etiam caſtrenſia non ſunt, neque quaſi, niſi expreſſe, & nominatim ad officium illud militare largiantur, vel ſaltem ab eo, quia ſolum ex militia notus eſt. l. ſi militi. ff. de caſtrenſ. pecul. iſta omnia docent Bartol. Sylueſt. Tab. Ang. Arm. ubi ſupra.

DVBIVM III.

Quæ peculia ſint quaſi caſtrenſia.

Primò nota, peculium quaſi caſtrenſe eſſe, quod filius ratione munij alicuius publici acquirat, propter quod munium ſtipendium publicum habet. l. cum multi. C. de bonis, qua liber. & l. cum antiquis. C. de inoffic. teſtam. Ita Nauarr. cap. 17. Latina, & Hiſp. num. 142. Sylueſt. peculium 1. quaſt. 1. Ang. num. 2. Arm. & Tab. num. 1. & omnes. Vnde iuxta has leges, & Doctores duo exiguntur ut ſit quaſi caſtrenſe, ſcilicet cauſa publica, & publicum ſtipendium, vel ſaltem ſecundum Syllu. ut debeat publicum ſtipendium.

Secundò nota, quaſi caſtrenſe eſſe, quod iudices ratione officij lucrantur, quaſi officium eſt publicum. l. 2. tit. 2. part. 3. Gregor. Lopez ubi verſos juezes. Bart. l. ſi mulier. ff. de caſtrenſ. pecul. & notat verterque ſimiliter eſſe quaſi caſtrenſe, quod iudici donatur cauſa eundi per officia.

3 Aduerte hic duo, alterum est, salarium iudicum arbitrorum non esse quasi castrense, sed aduentitium. Ratio, quia cum infames possint esse arbitri, non dicuntur hi militare, nec munium horum dicitur publicum. Ita Bald. l. cum oportet, in principio num. 16. C. de bonis, qua liber. Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 7. vers. A otros qualquier.

4 Alterum est, stipendium Assessorum iudicum esse quasi castrense; quia reputatur officium publicum. Ita habetur expressè l. velut. C. de assessoribus, & docet ibi glossa, quae etiam docet idem l. fori. C. de advocatis. vbi etiam Bart. Syluest. peculium 1. quast. 10. Arm. ibi num. 3. Tab. num. 3. Ang. num. 7. & hoc non tantum verum est, si salarium publicum habeant, sed etiam si id non habeant, sed à priuatis, quia debetur eis salarium publicum. Sic Arm. ibi, & idem aperte videtur dicere Syluest. nam rogat vtrum stipendium Assessorum non habentium salarium publicum, sit quasi castrense. Et respondet absolute, stipendium Assessorum esse quasi castrense.

5 Tertiò nota, quasi castrense esse quod Advocati ratione huius munij lucrantur. l. fori. C. de advocatis; quia officium publicum est. Ita asserunt vniuersi, & indubitanter est, si ex publico stipendium est, vt si fisci, vel pauperum sint Advocati.

6 At sub iudice versatur, an non tantum stipendium, quod ex publico, sed etiam quod à clientulis, quorum causas agunt, percipiunt, sit quasi castrense. Duplex est sententia.

Prima tenet, quod à clientulis percipiunt, non esse quasi castrense. Ratio, quia deest secunda conditio ad quasi castrense requisita, scilicet vt stipendium de publico sit. Sic Speculator tit. de actionibus, vers. Nec intelligatur.

7 Secunda sententia tenet, esse quasi castrense. Ratio, quia Advocatis salarium de publico debetur, & stipendium hoc clientulorum loco publici, quod debebatur, atque antiquitus soluebatur, succellit. Ita Bart. & glossa dicta l. fori. Syluest. peculium 1. quast. 10. Armill. & Tabien. num. 3. Ang. num. 7. Baldus l. finali. C. de inoffic. testam. & l. cum oportet, in principio num. 16. C. de bonis, qua liber. Anton. Gabr. de communibus opinio. som. 1. in thesaur. receptorum sentent. vers. Advocatus, Iason dicens esse communem dicta l. fin. Viuius lib. 1. opinione 240. Gregor. Lopez part. 4. tit. 2. l. 2. vers. en las escuelas. Montalb. l. 6. tit. 17. part. 4. vers. Castra, & lib. 3. legum fori tit. 4. l. 7. vers. circa. & haec sententia est multo verior.

8 Quarta nota, stipendium Procuratorum quasi castrense minime esse, sed aduentitium. Ratio, quia munium hoc publicum non est, sed vile. Institut. de except. in fine. Sic Bald. dicto num. 16. Arm. & Tab. dicto num. 3. Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 7. vers. A otros.

9 Quinta nota, esse graue dubium de stipendio Notariorum, seu tabellionum (idem enim est in iure Notarius, & tabellio, vt notat Syluest. verbo, tabellio, in principio.) Triplex est sententia.

Quidam absolute dicunt esse quasi castrense, quia officium est publicum. Sic gloss. l. fin. vers. Memorabilibus. C. de inoffic. testam. Nauarr. Lat. & Hisp. cap. 17. num. 142.

10 Secunda sententia distinguit, & dicit acqui-

tum per Notarios communes non esse quasi castrense, bene tamen acquiritur per Notarios, seu scribas communitatis, vel dominorum, vel officialium, qui salarium ex publico deberent habere, & hoc tenet non tantum de salario publico, sed etiam de stipendio, quod tales scribae à priuatis acquirunt. Sic Syluest. peculium 1. quast. 10. Tab. num. 9. & 3. Armill. num. 9. & 3. Ang. num. 4. sed Angelus non explicat id procedere etiam de salario, quod à priuatis acquirunt; ceteri verò id explicant. Et quoad hanc partem, scilicet etiam, quod à priuatis acquirunt, esse quasi castrense, probari potest, quia non videtur maior ratio de Advocatis, quam de scribis, sed quòd illi à clientulis loco stipendij accipiunt, esse quasi castrense: ergo.

Tertia sententia docet id, quod scribae acquirunt ratione munij ex stipendio publico, vt si sint fisci, vel pauperum scribae, esse quasi castrense: quod tamen acquirunt pro stipendio à priuatis non esse quasi castrense, sed aduentitium. Ratio, quia reputatur officium quodammodo vile. Sic Baldus l. cum oportet, in principio num. 16. C. de bonis, qua liber. Speculator tit. de actionibus, vers. Nec intelligatur. Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 7. vers. e a los escriuanos. & l. 2. tit. 2. part. 3. vers. los escriuanos. & dicit illam legem pro hac sententia facere. Dicit enim esse quasi castrense, lo que ganau los escriuanos en razon de las soldadas, que ganau en las cortes de los Reyes, o en las ciudades, o en las villas. Et hanc sententiam viso Baldo, & Gregorio Lopez, iudicauit Hispali quidam vir valde doctus probabilioem, & consului de hac re Patrem Doctorem Henriquez, qui in quadam epistola ad me suo nomine subscripta respondit haec verba: *Dura videtur hac sententia Baldi, & Gregorij Lopez, sed est vera, quia in his, quorum actus redeuntur ad opus seruale in festis prohibendum, vt quòd tabellio scribat, vt transcribat, stipendium non debet censeri quasi castrense, id est, quasi liberale, & priuilegiatum, nisi quando stipendium est publicum, scilicet pro causa fisci, & pauperum designatum à lege, vel iudice. Quare haec sententia, vt probabilior tenenda est.*

Sextò, quasi castrense est stipendium Magistrorum alicuius ex septem artibus liberalibus. Ratio est, quia munium hoc publicum, & liberale est. l. cum multa. C. de bonis, qua liber. & l. cum antiquis. C. de inoffic. testam. & part. 3. tit. 2. l. 2. Gregor. Lopez ibi, vers. en las escuelas. Nauarr. cap. citato, Lat. & Hisp. num. 142. Syluest. peculium 1. quast. 1. Ang. num. 4. Armill. & Tabien. num. 3. Similiter stipendium Medicorum est quasi castrense, vt patet ex eisdem legibus, & eadem ratione: & tenent iidem Doctores, notantque Tab. & Arm. non tantum stipendium publicum, quod Medici, vel Magistri docentes artes liberales habent, esse quasi castrense, sed etiam stipendium, quod à priuatis percipiunt, quia debetur eis stipendium publicum.

Septimò stipendium artificum mechanicorum, vt fabri lignarij, latomi, cementarij, &c. licet publicum esset, non est quasi castrense. Ratio, quia officium non est publicum, & liberale, sed vile, & seruale: licet in operibus communibus laborarent. Syluest. peculium 1. quast. 9. Arm. num. 3. Salizetus l. fin. C. de inoffic. testam. Tabien. verbo peculium, num. 3. Angel. num. 6. Baldus, quem refert

refert ac sequitur Gregor. Lopez part. 3. tit. 2. l. 2. vers. En las escuelas, & part. 4. tit. 17. l. 7. vers. A otros.

14 Aduerte tamen hic stipendium architectorum, seu ingeniutorum dominorum, vel communitatis esse quasi castrense, quia officium est scientiarum liberalis, scilicet mathematicarum. Sic Syluest. Angel. Tab. Arm. Salizetus ibi.

15 Octauò, quasi castrense dicitur habere officiales Episcoporum, Comitum, & Baronum, licet salaria non percipiunt à Principe. Ratio, quia officium est publicum. Ita Ioannes Faber, quem refert, ac sequitur Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 7. vers. A otros.

16 Nonò, quasi castrense est quicquid ab Imperatore, vel Imperatrice, Rege, vel Regina donatur filiofamilias. l. cum multa. C. de bonis qua liber. l. 7. tit. 17. part. 4. & ibi Gregor. Lopez vers. donatio. Montalb. lib. 3. fori, tit. 4. l. 7. vers. O quele de. Suarez quast. maioratus, num. 4. Segura l. Imperator. ff. ad Trebell. num. 92. Nauarr. cap. 17. Lat. & Hisp. num. 142. Syluest. peculium 1. quast. 1. Arm. & Tab. num. 13. Ang. num. 2. Antonius Gomez l. 48. Tauri num. 3. & 4. plures referens.

17 Sed dubitatur circa hoc, an si Rex donet aliqui filiofamilias patris contemplatione, sit profectitium, vel quasi castrense. Montalb. ibidem, dicit esse profectitium, & in dubio dicit praesumptum datum contemplatione filij, & sic esse quasi castrense.

18 At verius est esse quasi castrense, licet patris contemplatione Rex donauerit. Ratio, quia dicta l. cum multa, absolute dicit donata à Rege esse quasi castrensa; imò cum l. cum oportet, quae praecesserat, docuisset donata filio ipsius contemplatione esse aduentitia, & patris contemplatione profectitia: postea l. cum multa, eodem tit. dicit indistinctè, quaesita filio per Regis donationem esse quasi castrensa; ergo videtur intelligere de donatis cuiusvis contemplatione. Ita tenet Antonius Gomez vbi supra. Aretinus l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vniuers. & pupil.

19 Aliqua alia notari possunt circa donata à Rege an sint quasi castrensa, de quibus infra, vbi de usufructu quem pater habet in bonis filij.

20 Vltimò quasi castrense est, quicquid donatur, siue à parentibus, siue ab alijs, filiofamilias Advocato, vel habenti quoduis aliud officium publicum: in qua re cum distinctione, quam posui dub. praecedenti, sine, circa donata militi, tenendum est: idem enim prorsus dicendum est in hoc, vt notat Bart. Tab. Ang. Arm. ibi citati, & Syluest. l. 9. 6.

21 Hinc inferitur, donatum Advocato ad libros emendos, vel equum, vt per officia eat, esse quasi castrense. Ratio, quia haec ad eius munium obtinendum conferunt. Sic Bart. l. si mulier. ff. de castrensi pecul. Syluest. peculium 1. quast. 10. Ang. num. 7. Tab. num. 3. Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 7. vers. A otros. Similiter etiam est quasi castrense, quod filiofamilias, vt ad doctoratum promoueat, elargitur. Pater l. 3. §. secundum qua. ff. de donat. inter vir. & vxor. & docet Segura l. Imperator. ff. ad Trebell. num. 87.

22 Hic esset disputandum, quale peculium sint libri donati à patre filio, vt tudeat, & quale peculium

lium sint bona per clericos acquisita: sed de hoc late dixi lib. 7. sum. cap. 13.

D V B I V M I V.

Qua peculia sint aduentitia.

Nota primò, aduentitium esse quodcumque per filium acquisitum, quod non est castrense, vel quasi, nec à patre, vel de eius bonis, vel eius contemplatione principaliter partum: sed aliunde acquisitum, vel ex successione materna, vel propinquorum ex linea materna, vel donatione, vel industria, vel labore, vel artificio, vel euentu, vel fortuna, vt si inueniret thesaurum, vel aliquid aliud, vel quouis alio modo. l. 5. titulo 17. part. 4. notant ibi Gregor. Lopez, & Montalb. Nauarr. Lat. & Hisp. cap. 17. num. 142. 143. 144. Syluest. peculium 1. quast. 1. Angel. num. 2. Arm. num. 1. & 13. Tab. num. 13. & omnes.

Secundò donatum filiofamilias per extraneos, si solius patris contemplatione datum sit, erit profectitium; si verò solius filij contemplatione, aduentitium: si tamen vtrius intuitu largitum sit, minimè constet, ad coniecturas recurrendum est, vt ad futurum euentum; si enim largitur filio, vt dum suus pater vixerit, eo dono fruatur, non autem post patris obitum, censetur patris intuitu largitum: si verò largitur filio, vt etiam post patris obitum habeat, censetur filij intuitu donatum. Ita Bart. tract. de duobus fratribus. Syluest. peculium 1. quast. 18. Arm. num. 14. Angel. num. 13. Tabien. num. 14. Nauarr. Lat. & Hisp. cap. 17. num. 162. Consule etiam dicenda infra, vbi de peculio profectitio; ibi enim disputandum est in dubio, an praesumatur peculium profectitium, vel aduentitium; datum tamen non filiofamilias, sed filio iam emancipato, nullo pacto censetur profectitium, quia filius hic non patri, sed sibi acquirit, siquidem extra patriam potestatem est. l. sed etsi quid. ff. de usufructu. Nauarr. ibi.

Aduerte hic adhuc esse aduentitium donatum filiofamilias per extraneum, licet donans explicet, se velle esse tali filio castrense, vel quasi. Verum voluntas ista donantis sic expresse operabitur, vt in tali aduentitio pater usufructum non acquirat, vt infra dicemus. Sic Bart. vbi supra, & l. si foris, ff. de castrensi pecul. Syluest. quast. 4. §. 7. Angelus num. 8. Tabiena & Arm. num. 4. Molina tom. 1. de iustitia, tract. 2. disput. 8.

Tertiò nota, circa donata filiis per patrem, certum esse, esse aduentitia, quando in merito remunerationem largitur, quae si extraneus fecisset, simili modo remuneraret. Ratio, quia talis non est donatio simplex, sed remuneratoria. Sic Bart. vbi supra, Syluest. quast. 19. Angelus & Arm. num. 15. Tab. n. 16. Anton. Gomez l. 29. Tauri n. 23. Greg. Lopez part. 5. tit. 13. l. 24. vers. de parte. Montalb. l. 7. vers. quatuor lib. 3. legum fori. Quando verò nulla filij praecesserit merita, dicunt Syluest. Arm. Angel. Tabien. quòd talis donatio non valet, & sic nullum ius in sic donatis acquirit filius. Ceterum hoc verum est iure communi, à iure Regni talis donatio valet, modò tertium, & quintum bonorum patris non excedat, & non

computabitur in legitima, sed in ea censetur filius melioratus. Sic disponit l. 26. *Tauri*, & aduertit Anton. Gomez l. 29. num. 29. de qua re infra latius; quare sic donatum filio, censetur modò aduentitium. Sic nonnulli docti recentiores.

Quarto nota circa donata nepoti per auum paternum plures Doctores absolute dicere esse aduentitia. Ita Alciatus de *presumptionibus* reg. 1. *presumpt.* 18. num. 2. *fine*. Anton. Gabriel dicens esse communem *tomus 1. communium opinionum*, lib. 4. fol. 55. Gregor. Lopez *part. 5. tit. 13. l. 24. versic. de parte*, & plures alij, quos refert Perez *vbi infra*.

At verò communis hæc doctrina cum distinctione hac intelligenda est, quando auus largitur aliquid nepoti ipsius contemplatione, & non patris; tunc est aduentitium: quia non ex patris bonis, nec eius intuitu procedit; quando verò largitur patris contemplatione, est profectitium. Ita Segura §. *cum sita*, l. *coheredi*, ff. de *vulgar. & pupill. subtit.* num. 119. 120. 173. Perez in *additionibus ad Seguram*, in *illo num.* 119. Anton. Gomez l. 29. *Tauri* num. 41. Censetur tamen donatio intuitu ipsius patris facta, quando ad patris instantiam facta est, & quando non nisi ob patrem fieret, quia scilicet nulla nepotis merita præcesserunt, sed patris. Sic Segura *dicto num.* 120. 173. Item censetur facta patris intuitu, quando auus largitur aliquid nepoti ad causam necessariam, ad quam pater largiri teneretur; & non habet, unde tribuat: verum si pater haberet, unde tribueret, vel sponte, & non ob causam eius auus largitur aliquid nepoti, contemplatione ipsius nepotis datum censetur: & sic erit aduentitium. Sic Bart. quem refert, & sequitur Perez *vbi supra*. Itaque vbi tacite, vel expressè non constat patris intuitu datum, censetur in dubio datum intuitu nepotis, & esse aduentitium. Sic Antonius Gomez *vbi supra*, plures referens.

Aduerte hæc, hæc omnia intelligi, quando nepos donationis tempore erat sub patris potestate, nam si esset emancipatus, non videtur datum nepoti, vt acquirat patri, quia hoc non patitur ratio ciuilis. Ita Baldus l. *cum oportet*, C. de *bonis, que liberis*, & Segura *dicto num.* 120.

D V B I V M V.

An patri fas sit distrahere aduentitia filij.

Respondetur non licere: ita enim definitur *part. 5. tit. 13. l. 24.* quod limitat Gregor. Lopez *versic. en ninguna manera*; nisi ad soluendum res alienum, quod est in ipsa hereditate, quia hæreditas, & substantia alicuius, dicitur detractio rei alieno, & ad soluendum legata, quæ sunt in hereditate, & quando res sunt damnosa, & onerosæ hereditati, l. *finali* §. *si autem ad alienum*, & §. *ipsum autem*, C. de *bonis, que liberis*, & aduerte in his casibus posse patrem distrahere, vendendo, seu alias alienando res filij sine decreto iudicis, licet in tutore id decretum requiratur; quia patria potestas, quæ naturalis est, & primitiua, potest plus, quam tutoris potestas. Sic Azo C. de *bonis, que liber. eolum. finali. versic. & pro conseruatione*. & Gregor. Lopez *ibi*, & plures

alij, quos refert Ant. Gomez l. 48. *Tauri* num. 18. & ipsos sequitur *ibi in fine*.

D V B I V M VI.

An teneatur pater inuentarium facere cum aduentitia filij recepit.

Respondetur negatiuè: tum quia id lege cautum non est, imò vsu receptum est, vt non teneatur; tum quia non est nudus administrator, imò magnum ius in his bonis habet. Sic Marcellus, quem refert, & sequitur Syluest. *peculium 1. quæst. vltima*; dicitque ita decidit Bononia Anton. Gomez l. 48. *Tauri* num. 16. Cynus, & Baldus ab ipso relati. Molina *lib. 1. de primogen. cap. 15. num. 34.* nec teneatur satisfare, l. *cum oportet*, §. *non autem*, C. de *bonis, que liber. & l. fin. eodem tit.* §. *si autem*, in *fine*. Sic Molina *num. 33.* Matienzo *lib. 5. ordinament. tit. 1. l. 3. gloss. 2. num. 16.* Tiraquell. l. *si vngam*, in *prefatione*, num. 29. vbi multos refert, addit Matienzo, multos textus, & Doctores referens, quòd si pater transeat ad secundas nuptias, tenetur satisfare. An verò teneatur ad maiores expensas, quam alij usufructuarij, & ad expensas litis, vide Molinam *temo 1. de iustit. tract. 2. disp. 8. & disp. 7. tract. de alijs usufruct. ad quas expensas teneatur*.

Aduerte hæc duo: alterum est, teneri ad petitionem filiorum patri describi talia bona; quod generale est in omnibus, qui inuentarium facere non tenentur. Ita Molina *ibi*, & Cuman. *consil. 88.*

Secundò nota eo casu, quo pater vsufructum non habet in aduentitijs filij, posse esse eius tutorem, vel curatorem, & teneri rationem reddere, & inuentarium facere. *l. ior. C. ad l. saluandam*. Sic Anton. Gomez *num. 17.* plures referens Tiraquell. *dicto num. 29.*

D V B I V M VII.

Que peculia sint profectitia.

Nota profectitium esse acquisitum per filium, & familias ex rebus, & substantia patris, vel ei largitum patris occasione. l. *cum oportet*, C. de *bonis, que liberis*, & *ibi* glossa. Baldus *ibi in principio num. 5.* idem definit l. 5. *tit. 17. part. 4.* Gregor. Lopez, & Montalb. *ibi*. Nauarr. *Lat. & Hisp. c. 17. num. 144.* Syluest. *peculium 1. q. 1. Ang. num. 2.* Tabien, & Arm. *num. 13.*

Nota hæc, tunc dici occasione patris aliquid obuenire filiis, quando alius dandum non erat, nisi patris respectu, id est, ad patris vtilitatem: quod præsumitur, si solius patris merita, & nulla filij interuenierunt. Et hoc, quando filius est in potestate. Sed si est emancipatus, non videtur consideratione acquirendi patri datum filio, quia hoc non patitur ratio ciuilis, & ideo erit filij, quia ei acquiri debet; cui de iure potest acquiri. l. *adue. §. quæstionis*, ff. de *usufructu*. Sic Baldus *ibidem*, Segura §. *cum sita*, l. *coheredi*, ff. de *vulgar. & pupill. subtit.* num. 120.

Secundò nota circa hoc, dupliciter posse patrem esse causam, vt aliquid filiofamilias conferatur, scilicet proximam, & remotam. Proxima est, quando taliter pater est causa, vt non donaretur

donaretur filio, nisi propter ipsum, & sic donatum est profectitium. Remota verò est, quando donans occasione patris venit in filij notitiam, verum non propter patrem proximè donat, sed quia plus, vel æquè ac patrem ipsum diligit, v. g. si filius pecunia patris negotians, negotiationibus gratia amicitiam alicuius adipiscatur, rationeque amicitie aliquid sibi doneatur, pater est causa remota doni, & sic donatum est aduentitium: requiritur enim ad profectitium, vt occasione patris proximè acquiratur. Sic contra Speculatorem tenet Syluest. *peculium 1. quæst. 15.* Tabien. *num. 14.* Angel. *num. 13.* Bart. l. *cum oportet*, C. de *bonis, que liber.* Castillo l. 5. *Tauri*, §. *adde quòd*. Nauarr. *cap. 17.* Lat. & Hisp. *num. 164.* Montalb. *lib. 5. fori tit. 4. l. 7. versic. vno*. vbi etiam notat, quòd si negotiatio esset causa proxima, quia scilicet alter ratione negotiationis donauit, volens societatem cum ipso in negotiatione contrahere, est profectitium. Notat etiam Castillo, quòd si daret filio, quia est puer, verum non daret, nisi propter patrem, & profectitium, quia pater est quasi causa proxima.

D V B I V M VIII.

An filio, qui patri præ cateris filijs ministrat, ac rei familiaris paternæ curam gerit, eamque administrat, teneatur pater laborum mercedem, seu salarium soluere, & si ipse non soluat, an ipso mortuo teneatur soluere reliqui fratres, salarium (inquam) quod extraneo similiter ministranti soluerecur.

Complex est sententia. Prima docet teneri soluere salarium dictum. Ratio, quia licet filius teneatur patri obedire, ipsū tunc reuereri, at non tenetur ipsi ministrare, nec ad operas industriales; sic Fulgofius l. *illud*, C. de *collat.* Anton. Gomez l. 29. *Tauri* num. 24. Baëza *lib. de decima tuori danda*, cap. 2. *num. 4. c. 9. 10. & 11.* qui hoc limitat, quando opere filij essent alicuius momenti, illisque substantia paternæ aucta fuisset. Hæc sententia colligitur ex pluribus alijs dubijs sequenti allegandis, qui dicunt, dum filius pecunia patris aliquid acquirit, vel in rebus patris, esse aduentitium id, quod operis filij correspondet; si enim aduentitium est, erit proprium filij, & sic ipsi præstantium saltem post obitum patris.

Secunda sententia docet, non esse præstantium salarium tali filio. Ratio, quia operas etiam industriales debet filius patri ratione alimentorum, & curæ paternæ. l. 3. *tit. 20. part. 2.* & l. *finali*, *tit. 7. part. 2.* & l. 3. *tit. 12. part. 5.* l. *Negotium*, ff. de *negot. gest. l. si alimenta*, & l. *si paruo*, C. de *negot. gest.* Item quia filius non repetendi animo, sed magis ratione pietatis, & debiti obsequij, & honoris iure negotia patris gessisse videtur. Sic Iason l. *illud*, C. de *collat.* Papienses, quos refert, & sequitur Castillo l. 27. *Tauri*, §. *in quibus talis*. D. Muñoz, dum publicè Salamantice profiteretur, quem refert, & sequitur Parlad. *de rebus quotid. cap. 19. num. 2.* Gregor. Lopez l. 3. *tit. 20. part. 2. versic. que son fuyor*. Nauarro *summa Lat. & Hisp. cap. 17. num. 144, 148.* *ibi* Gutierrez *lib. de iuramento*

confirmat. 1. part. cap. 5. num. 7. & 8. Saliceto l. *certum*, C. *famil. her. case. num. 5.* & *ibi* Bald. *num. 11.* Pinellus C. de *bonis mater. l. 1. part. 3. num. 62. versic. Infertur vndecimo*, dicit raro deberi salarium, quia quæcumque seruitia, obsequia, curaciones in infirmitatibus debet filius patri: sic etiam fuit publica sententia prolata in quadam lite super hoc agitata, vt refert Fulgofius *vbi supra*; sic etiam colligitur ex pluribus dubijs sequenti allegandis, dicentibus, filium, qui pecunia patris, vel in re patris aliquid acquirit, patri acquirere, & tale lucrum esse profectitium, & sic totum patris. Idem tenent alij, quos Doctores citati referunt. Sic

Prima conclusio; hæc secunda sententia est multo probabilior, scilicet filio sub patris potestate constituto ministranti patri nullum salarium deberi.

Nota conclusionem esse limitandam, nisi filius tacite, vel expressè protulerit salarium operam præstantium sibi esse à patre: nam quando hoc protellatur, deberetur sibi salarium. Sic Gutierrez *vbi supra num. 8.* Parlad. & Nauarr. *2. bi supra*. Imò hæc protestatio non fat est, vt salarium filio præstantium sit, cum sit contra id, ad quod filius tenetur, nisi casu quo filius non tenetur alere patrem, eo quòd diues est. Nauarr. & Gutierrez *ibi*.

Secundò nota intelligendam esse conclusionem de filio sub patris potestate constituto: nam si filius sit emancipatus, salarium temporis, quo post emancipationem seruitur patri, recepturus est; quia diuersa in hoc est ratio respectu operum artificialium, quia iam est sepeatus, & electus à manu patris, & iphus potestare. Sic Gutierrez *vbi supra num. 10.* Syluest. *peculium 1. quæst. 12.* Perez *lib. 1. ordinam. tit. 2. l. 1. sub finem*, fol. 28. §. *quæritur etiam*, *oriam debitum causa seruitij*, vbi hæc dicit: *Debitum ex causa seruitij non est filio in legitimam impendantem, quando tale seruitium erat estimabile, & filius impendens erat emancipatus, qui has operas patri impendere non tenetur, tunc enim debetur ei salarium, vt cuiuslibet extraneo*. Et in hoc casu verum tenet prima sententia citata.

Hinc infertur idem dicendum esse de filio illegitimo ministrante patri, scilicet deberi sibi salarium, quia non est in patris potestate, vt supra dictum est. Si tamen pater ei alimenta, & vestitus præstitit, dum ei ministrabat, in seruitio imputabitur. l. *finali*, *tit. 12. part. 5.* & l. 2. *tit. 23. lib. 4. fori*. Sic Gutierrez *vbi supra num. 11.*

Sed quid dicendum de filio seruiente matri? Parlad. *vbi supra* dicit, non deberi sibi salarium, immo nec filio seruienti auis. Et Gregor. Lopez *vbi supra* dicit, idem videtur de filio seruiente matri, ac de filio seruiente patri; quia illa lex de vtriusque videtur loqui; relinquit tamen cogitandum.

Secunda conclusio: probabile est filio seruienti matri deberi salarium, quando seruitium est dignum estimatione, & considerabile, sicut dictum est de filio emancipato seruienti patri, quia filius non est in matris potestate. Sic Faber, quem refert, & sequitur Gutierrez *vbi supra num. 12.* & in hoc etiam casu tenet verum opinio supra citata.

DUBIUM IX.

An quidquid filiusfamilias pecunia patris acquirat, vel in rebus patris, censendum sit profectitium.

Hoc dubium pendet à precedenti, & fore eadem esse vtriusque resolutionem. Certum est totum esse profectitium vbi in acquisitione nullus filij labor, & industria intercederet, vt si fundum locaret, vel mercatorij, vt negotiaretur, pecuniam paternam traderet, vel censum ex illa constitueret.

At dubium est, quando filijfamilias labor, & industria simul cum pecunia paternam concurrat. Duplex est sententia.

Prima, totum lucrum esse profectitium, quia leges absolute docent acquisitum pecunia patris esse profectitium. Sic Speculator, quem refert, ac sequitur Syllu. *peculium*. 1. q. 1. sine, & q. 12. glol. l. cum oportet, C. de bonis, qua liberis Iason lillud. C. de collat. Azo, & Fulgofius, quos refert, & sequitur Gregor. Lopez. p. 4. tit. 17. l. 5. vers. con los. Nau. Lat. & Hispan. cap. 17. num. 144. cum limitatione infra ponenda.

Secunda sententia docet, lucrum illud esse mixtum, scilicet partim profectitium, quatenus à pecunia patris procedit: partim verò aduentitium, scilicet quatenus ab industria, & filij labore proficitur. Ratio, quia solum id, quod ex pecunia patris procedit, dicitur profectitium, sed tantum pro illa lucri parte tribuitur pecunie patris; ergo. Item quia quod filiusfamilias in alijs sua industria, & labore acquirit, est aduentitium; ergo & in hoc. Sic Anton. Gomez l. 29. *Tauri*. n. 24. Bart. Iacobus de Butrio, Ang. Baldus, Paulus, & communis dicta l. cum oportet. Montalb. l. 7. tit. 4. lib. 3. legum fori. vers. Queritur. Segura l. 1. §. si vir. ff. de acquir. posses. n. 69. Tabien. verbo, *peculium* n. 18. Ang. l. n. 11. Rosella num. 7. & alij per hos citati. Sit

Prima conclusio: equaliter prior est sententia est verior, quia filius ad eas operas tenetur patri, vt dictum est precedenti dubio.

Secunda conclusio: quando filius non tenetur alere patrem, & tacite, vel expresse protestaretur mercedem operarum sibi præstandam; vera est secunda sententia, vt dixi dubio precedenti, & tenet Nauarrus vbi supra.

Tertia conclusio: filius esse illegitimus, vel emancipatus, est etiam vera secunda sententia, vt probaui dubio precedenti, & tenet Syllu. vbi supra, & quos ibi allegaui.

Quarta conclusio, quado filius non negotiatur pecunia paternam nomine patris sui, sed nomine proprio, vel nomine patris, & proprio, tunc etiam est vera secunda sententia, scilicet peculium esse mixtum. Sic Gregor. Lopez vbi supra, plures referens.

Tandem nota, si non constet, quantum lucrum pecunie, quantum labori, industriae tribuendum sit, dimidium pecunie, & dimidium labori tribuendum est: sicut cum duo societatis contractum ineunt, dimidium pecunie, & dimidium industriae in dubio tribuitur: vt est glol. iuncto textu l. 1. C. pro socio, & §. quod autem. *Instit.* per quas person. nob. acquir. Sic Segura, Anton. Gomez, Nau. vbi supra.

DUBIUM X.

An quando filius aliquot, viuentem patre, acquirit, nec constare potest cuius ex bonis patris sint, censenda sint profectitia.

Glossa l. cum oportet, C. de bonis, qua liberis tenet ex qualitate personarum, & patrimonij id pensandum esse.

Sed Bart. Bald. & communis, vt refert, & sequitur Anton. Gomez l. 29. *Tauri* n. 24. dicunt sententiam glossa procedere, vbi filius patris bona administrabat: at vbi non administrabat, præsumuntur in dubio aduentitia. Quod intellige cum Bart. quem refert, ac sequitur Syllu. *peculium* 1. q. 17. Ang. n. 14. nisi suspicio delicti oriretur, si præsumeretur filium non ex patris bonis acquisisse, scilicet quia præsumeretur filiam turpiter acquisuisse, cum aliter habere nequiverit: tunc enim, vt illa suspicio cuitur, præsumitur ex bonis patris comparasse. Idem docet Tabien. verbo, *peculium* n. 17, & notant Syllu. Ang. & Tabie. idem omnino seruandum esse in Prælato, tutore, & vxore, & huiusmodi, qui circa bona aliorum versantur in conscientia, quando dubitatur, cuius ex bonis acquisierint.

DUBIUM XI.

An si pater dilapidet bona aduentitia filij, & illa consumat, postea filius defuncto patre petere à reliquis fratribus cohæredibus hoc damnum sibi restitui.

Si prima conclusio: si pater ex talibus aduentitijs non habeat vsumfructum, vt potest contingere iuxta dicenda in dubio sequenti, tenetur pater, & per consequens hæredes restituere hoc damnum. Ratio, quia est res aliena, & in talibus bonis censetur filius, ac si sui iuris esset. Sic Saliz. l. filia. C. famul. heres. n. 24. & alij, quos refert, & sequitur Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. p. cap. 4. n. 20.

Secunda conclusio: si pater in talibus bonis habeat vsumfructum, & dilapidatio, & consumptio concernat fructus tantum, ad nihil tenetur pater, & per consequens neque hæredes, quia fructus erant patris. Si verò dilapidatio, & consumptio concernat rei substantiam, si est modica, de illa non curatur inter patrem, & filium; si verò est magna, & enormis, pater tenetur filio, & patre non restituente, tenentur hæredes, quia damnum illatum fuit in re aliena, sic iidem Doctores.

DUBIUM XII.

An pater in aliquibus casibus non habeat vsumfructum in bonis aduentitijs filijfamilias.

Hic ponam, quæ iure constant, & dubijs sequentibus qua circa casus hic ponendos dubia fuerint.

Quod est certum apud auctores, & iure constat, est in septem casibus patrem non habere in aduentitijs vsumfructum.

Primus casus, si pater remittat talem vsumfructum filio, talis enim remissio valet. Ratio, licet

enim donatio inter patrem, & filiumfamilias non valeat, id tamen tenet quando pater aliquid de suo patrimonio dimittit; hic verò non dimittit aliquid, sed tantum renunciat lucro legali. hic casus habetur l. cum oportet. C. de bonis, qua liberis, & ibi Bart. Cyprianus, Aug. Paulus, & omnes. Anton. Gomez l. 48. *Tauri* n. 9. vbi plures referunt. Nauarrus cap. 17. num. 145. Syllu. *peculium*. 1. q. 3. Ang. n. 2. Tab. & Ann. n. 13.

Secundus casus est, quando bona relicta sunt filiofamilias hac lege vt vsumfructus non acquiratur patri; quia voluntas disponentis est seruanda. *Auth. excipitur*. C. de bonis, qua liberis. Ant. Gomez vbi num. 10. Syllu. Angel. Tab. Arm. ibi. Nau. num. 14.

Tertius, si pater vnà cū filio succedat alteri filio in aduentitijs, vtroque enim secundum ius commune succedit. *Auth. defuncto*. C. ad Terrull. hoc casu pater non acquirit vsumfructum in ea parte, qua succedit alter filius. *Auth. item hereditas*. C. de bonis, qua liberis. Sic Ant. Gomez citans plures num. 12. Syllu. Angel. Tab. Arm. Nau. ibi.

Sed nota cum Nau. & Ant. Gomez, hunc casum secundum huius regni ius locum non habere, quia eo cautur, filio defuncto solos parentes succedere, l. 7. *Tauri*.

Quartus casus, quando pater noluit assentiri filio aduenti aliquam hereditatem, in illa enim pater non habebit vsumfructum.

Quintus casus est, quando pater inestas nuptias contraxit.

Sextus, si parte minus legitime diuortium faciente bona filijs applicentur.

Septimus, si filius accipiat dotem patre non consentiente, nec se obligante. Hos casus ponunt referentes leges Syllu. & Ang. Tabien. vbi supra, & Syllu. donatio 2. q. 7.

DUBIUM XIII.

An in his casibus pater recipiat vsumfructum commodatorem.

Quidam enim dicunt filium esse vsumfructuarium, id est, habere ius ad vsumfructum, at verò pater recipere commodam talis vsumfructus. Ita Ang. *Instit.* per quas person. nobis acquir. quem sequitur Iason, vt referunt Molin. & Gregor. Lopez vbi infra.

Verum hanc sententiam merito improbant alij, quia tunc parum prodesset filio ius, nisi commodum etiam recipiat; quare dicendum est in his casibus omnino filium acquirere vsumfructum, & commodatorem. Sic Molina lib. 1. de primog. cap. 17. num. 33. Gregor. Lopez part. 4. tit. 17. l. 5. vers. si vsumfructu. Xarez quest. maioritatus. n. 15. 16. & alij per hos citati. Vide Molin. ibi n. 23. & 19. 20. Ioannem Garciam de expensis c. 10. n. 45.

DUBIUM XIV.

An donatio, vel remissio vsumfructus per patrem filio facta possit reuocari per alios filios tanquam inofficiosa, & talis filius teneatur in diuisione hereditatis eam conferre cum alijs fratribus.

Prima conclusio: talis donatio, vel remissio vsumfructus nequit reuocari per alios filios

tanquam inofficiosa, id est, legitima nocens, quia non diminuitur de patrimonio aliquid, nec computabitur in tertio, & quinto bonorum, sed vltra eam potest pater in alijs bonis in tertio, & quinto illum filium, vel in quemlibet alium meliorare; quia talis vsumfructus remissus non censetur esse de bonis, & patrimonio patris, vt docuit lib. 6. de marim. disp. 4. num. 18. cum Doctoribus ibi citatis. Anton. Gomez l. 48. *Tauri* n. 10. Molina tom. 1. de inst. tract. 1. disp. 8.

Secunda conclusio: talis filius, cui remissus est vsumfructus, non tenetur in diuisione hereditatis cum conferre cum alijs fratribus: pater l. cum oportet. §. si autem. C. de bonis, qua liberis. Ratio, quia non est proprie donatio, & diminitio de patrimonio patris, sed remissio iuris sibi competentis in filij bonis. Sic Anton. Gomez eodem n. 10. Molina ibi Baldus *Auth. ex testamento*. C. de collat. vers. Novum, licet ibi Iason contrarium teneat.

Tertia conclusio: talis expressa donatio, & remissio vsumfructus statim valet, estque donatio irrevocabilis. Sic Paulus, & Boetius, quos refert, & sequitur Gutierrez de iuramento confirmat. 1. p. cap. 4. num. 16. Tello dicens communem l. 13. *Tauri* num. 63.

DUBIUM XV.

An remissio tacita vsumfructus sit sit, vt filius illum sibi capiat, & talis remissio, seu donatio valeat statim, & sit irrevocabilis, vel sit reuocabilis usque ad mortem patris.

Nota remissionem tacitam dici, quando patre vidente, & tacente filius percipit vsumfructum.

Secundò nota, certum esse, talem remissionem tacitam satis esse, vt vsumfructus sit filij, si enim habetur expressè l. cum oportet. vers. si autem. C. de bonis, qua liber. & docent omnes Doctores citandi.

At dubium est, an talis remissio statim valeat, & fiat irrevocabilis, vel reuocari possit per patrem, dum vixerit. Triplex est sententia.

Prima tenet non valere statim eam remissionem, & sic posse quouis tempore à patre reuocari tam respectu vsumfructus percipiendi in futurum à filio, quam respectu percepti: non enim talis tacita remissio vim habet, donec morte patris confirmetur. Probatur ex dicto §. si autem, vbi habetur, ex tacita remissione lucrari filium vsumfructum post mortem patris; ergo antea non erat firma. Sic videtur tenere glossa dicto vers. si autem. idem tenent Azo, Iacobus Butrio, Faber, quos refert Tello l. 17. *Tauri* n. 59. & eos sequitur n. 62. 63. 64.

Secunda sententia docet talem tacitam remissionem esse ab initio irrevocabilem, tam respectu temporis præteriti, quam futuri. Sic Baldus dicto §. si autem, n. 5.

Tertia sententia docet hanc tacitam remissionem ab initio validam esse, nec posse à patre reuocari respectu fructuum, quos patre sciente, & tacente percipit filius: at poterit pater reuocare pro tempore futuro, scilicet ne filius ex tunc percipiat vsumfructum. Ratio, quia scientia & patientia patris non extendit effectum suum vltra

tempus, quo prestat: ergo poterit pro tempore futuro reuocari, non autem pro tempore quo iam habuit effectum. Et hoc est, quod dicitur §. *fin autem*, appellat hanc diturnam donationem, id est, quasi de die in diem, & morte patris confirmari, quo ad totum scilicet usufructum. Sic Paulus de Castro dicit §. *fin autem*, num. 4. Barr. Cynus, Vitalis, quos refert, & sequitur Gutierrez de iuram. confirmat. 1. p. c. 4. n. 14. 15. Ant. Gomez l. 48. Tauri n. 9. 10. & l. 29. n. 29. Molina tomo 1. de iust. tract. 2. disp. 8.

6. Sic conclusio: hæc tertia sententia videtur probabilior.

DVBIVM XVI.

An legitima debita à matre, vel ascendentibus ex linea materna, & similiter in tertio bonorum possit mater, vel ascendentes hanc conditionem ponere, ut usufructus non acquiratur patri.

DVplex est sententia.

1. Prima dicit posse. Ratio, quia *Auth. excipitur*, C. de bonis, qua lib. absolute permittit talem conditionem. Item, quia ea conditio non est onerosa, immo favorabilis filio. Sic glossa *Auth. ut liceat matri*, & *autem*, in principio, vers. *Participium*, & ibi Angel. de Perusio, Iacobus & Bellouiso, Paulus, Saliz. Iacobus de Butrio, Iason, Bald, quos refert Ant. Gomez l. 48. Tauri n. 11. & eam dicit esse communem Gutier. cap. *quamuis patrum*, §. nullum ad bona paterna, num. 19. 20. & refert pro ea Menchacam, & Suarez, & ipse dicit absolute dubio esse veram, quando male suspicatur mater de moribus viri: at quando non suspicatur male, licet dubius, tenet non posse apponere tale grauiem.

2. Secunda sententia asserit non posse talem conditionem apponere in legitima, sed tantum in legitima residuo, quod extraneis prælegare poterat. Pater *Auth. ut liceat matri*, & *autem*, in principio, ubi sic dicitur, *Sancimus licentiam esse matri, & autem alijque parentibus, postquam reliquerunt filij partem, qua lege debetur, quod reliquum est sua substantia, domare sub hac conditione, ut usufructus non queratur patri; hoc enim extraneo relinquere poterant: unde nulla parentibus utilitas nasceretur.* Hæc ibi. Ita Anton. Gomez eodem n. 11. Segura §. *sed si fundum*, l. *veniam ex familia*, ff. de leg. 2. n. 169. Suarez l. *quomam in prioribus*, C. de iust. testam. num. 11. Barr. Paulus de Castro, Fulgofius, Philippus Corneus, *Auth. excipitur*, C. de bonis, qua lib. Alexand. & Fabianus relati per Antonium Gomez; & hæc sententia est multo verior ac tenenda; idem Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 8.

DVBIVM XVII.

An si extraneus simul patrem & filium familias instituat heredem pro dimidia parte quemlibet, pater acquirat usufructum in parte illa relicta a filio.

DVplex est sententia.

1. Prima non acquirere: tum quia *Auth. Item hereditas*, C. de bonis, qua lib. statuit, ut dum

filius, & pater succedunt alteri filio, pater non acquirat usufructum: sed iste est casus similis; ergo: tum etiam, quia ex dispositione, & voluntate defuncti ista videtur regularis intentio, & effectus institutionis, vt vique hæres æque succedat in proprietate, & usufructu. Sic glossa, Saliz. Paulus de Castro dicit *Auth. Item hereditas*.

Secunda docet patrem habere usufructum in illa parte filij. Ratio, quia cum *Auth. Item hereditas*, correctoria sit iuris communis, quo debetur patri usufructus in omnibus filij aduentitiis, non est de casu ad casum extendenda; sed illa solum loquitur de casu, quo pater & filius succedunt alteri filio; ergo. Sic Iacobus de Aretio, Cynus, Albericus, Ang. Philippus Corneus dicit *Auth. Item hereditas*, & communis, vt refert, & sequitur Anton. Gomez l. 48. num. 13. & hæc est verior.

DVBIVM XVIII.

An quando filius eximitur à patria potestate per mortem ipsius filij, vel ipsius patris, amittat pater usufructum in eius aduentitijs.

Ratio dubitandi, quia usufructus effectus est patriæ potestatis; ergo hac cessante, ille cessabit. An verò quando publicantur bona patris, vel filij ob crimen hæresis, vel alij, publicetur hic usufructus, hæresis, videtur *Auth. infra disp. 9.* de quo latè dixi lib. 2. operis moralis in præcepta Decalogi cap. 16.

Prima conclusio: per filij mortem non finitur usufructus, quem pater in eius bonis habebat, sed retinebit quandiu ipse pater vixerit. Ratio, quia licet patria potestas requiratur ad usufructus acquisitionem, non tamen, vt semel acquisitus duret. Et pater hoc *l. finali, vers. penult.* C. ad Terrid. sic Anton. Gomez 48. Tauri n. 5. Tello l. 5. Tauri n. 6. & 8. Molina lib. 1. de primog. cap. 19. n. 20. & lib. 2. cap. 9. n. 23. Pinellus C. de bonis mater. l. 1. p. 1. n. 39. Menchaca de successio. progress. lib. 1. §. 1. n. 39. Barr. Odofr. Albert. Ang. Saliz. Paulus Corneus, & communis dicit *l. finali*. Montalbus lib. 3. fori tit. 4. l. 7. vers. est etiam notandum. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 9. hanc conclusionem probari lib. 7. in præcepta Decalogi cap. 13. n. 5.

Hinc inferitur, licet pater & mater iure huius regni æque succedant in bonis filij familiaris defuncti; id tamen intelligendum est, quoad proprietatem: nam etiam in illa parte bonorum, in qua mater succedit, retinebit pater usufructum, dum vixerit. Ratio, quia hoc non priuatur per mortem filij: ergo sicut habebat ipso vivo, debet habere ipso defuncto. Sic Pinellus ibi, Tello dicit n. 6. Ant. Gomez l. 6. Tauri n. 11. 12.

Secundò inferitur, si deficientibus parentibus succedant nepotibus paternis, & maternis, & illi habeat usufructum in bonis nepotis viuensis, quia scilicet natus est ex filio coniugato, qui nondum Ecclesie benedictionem receperat: retinebit etiam post mortem in ea parte, in qua succedit auus maternus. Pater eadem ratione. Sic Ant. Gomez eodem n. 12.

Secundà conclusio: quando filius eximitur à patriæ potestate per mortem ipsius patris, constat filium

filium deinceps habere usufructum. Nota tamen, quòd si pater eius non receperat benedictiones Ecclesie, non habebit talis filius familias usufructum, si auum paternum habeat, sed auus habet. Ratio, quia cum sit in aui potestate, iuxta supra dicta, habebunt in hoc nepote respectu aui locum omnes patriæ potestatis effectus, cuius vnus est habere usufructum in aduentitiis. Sic Antonius Gomez dicit l. 6. n. 12. & l. 47. Tauri n. 3.

DVBIVM XIX.

An quando filius eximitur à patriæ potestate ratione dignitatis, vt Episcopalis, patris, &c. amittat pater usufructum.

1. Anton. Gomez l. 48. Tauri n. 6. & l. 6. n. 11. dicit non amittere patrem usufructum, nec totum, nec partem, quem in aduentitiis eius habebat. Ratio, quia ad retinendum usufructum, quem antea pater acquisierat, non requiritur patriæ potestatis perseuerantia, sed fat est principio acquisitionis adfuisse, nec iure inuenitur cautum his in casibus amittere patrem usufructum acquisitum.

2. Sed Pinellus cap. de bonis maternis, l. 1. p. 1. n. 42. melius hoc nullibi esse in usu, & fauet Gregor. Lopez l. 15. tit. 18. part. 4. vers. Retener. ubi dicit nullam usufructus partem retinere patrem, quòd emancipatio legibus inducta est: at constat ex suprascriptis ratione dignitatis Episcopalis, & aliam emancipationem esse filium per leges.

3. Aduerte tamen, in bonis acquisitis postquam filius exemptus est à patriæ potestate per talem dignitatem, non acquirere patrem usufructum. Ratio, quia vt acquiratur usufructus, requiritur vt saltem acquisitionis tempore sit patriæ potestas, sed tempore acquisitionis non erat patriæ potestas, ergo. Sic Ant. Gomez ubi supra.

DVBIVM XX.

An quando filius eximitur à patriæ potestate, quia emancipatur à patre, amittat pater usufructum.

1. Sic conclusio: dimidia pars usufructus manebit apud patrem in præmium emancipationis, & alia dimidia erit apud filium: sic enim cauetur l. *cum oportet*, §. *cum autem*, C. de bonis que liberis, & ibi notat Odofred. Cynus, Iacobus de Butrio, Barr. Albert. Bald. Ang. Saliz. Paulus, & communiter Doctores. Ita etiam definitur l. 15. tit. 18. part. 4. & notat ibi Gregor. Lopez vers. Retener. Montalb. ibi. Anton. Gomez l. 48. Tauri n. 6. Sylu. *peculium* l. 9. 3. Tabien. n. 13. Ang. n. 2.

Circa hoc notanda sunt quatuor.
1. Primum, si in emancipatione pater vellet retinere sibi usufructum bonorum de cætero per filium acquirendorum, non valeret; quia non potest tale onus imponere. Sic Gregor. Lopez ubi vers. *la meidad*. Albert. l. *penultima*, C. de emancipat.
2. Secundò, si pater emancipet filium, qui postmodum nubat, & recipiat Ecclesie benedictionem, deinceps nullam usufructus partem retinebit pater, per infra dicenda ex l. 48. Tauri. Sic Ant. Gomez eodem n. 6.

Tertiò: si non ex dispositione patris, sed legis 4 filius esset emancipatus, qualiter est per matrimonium, nullam partem usufructus haberet pater. Ratio, quia, vt patet ex legibus citatis, dimidia usufructus pars tribuitur patri in præmiu, quòd filium emanciparet; ergo ubi non ipse, sed lex, tale præmium non concedetur. Anton. Gomez ibi, & Greg. Lopez ubi, vers. Retener.

Quartò, dictæ leges concedentes dimidiam 5 usufructus partem patri emancipanti filium, intelliguntur de bonis ante emancipationem acquisitis: scilicet de acquisitis post, quia totus usufructus illorum pertinet ad filium, eum tempore acquisitionis non sit sub patris potestate. Sic Ant. Gomez ibi. Alexander per eum citatus.

DVBIVM XXI.

An quando filius liberatur à patriæ potestate per matrimonium sequitur Ecclesie benedictionibus, amittat pater usufructum.

1. Sic conclusio; certum est secundum ius huius 1 Regni patrem teneri restituere bona aduentitia filio, si quæ habebat, & ex tunc filium percipere usufructum. Sic enim cauetur l. 48. Tauri, quæ est hodie l. 8. tit. 1. lib. 5. ordinam. & notat Ant. Gomez eadem l. 48. n. 6. Castillo, Cifuentes, Gomez Arias ibi. Gregor. Lopez part. 4. tit. 18. l. 15. vers. Retener. Molina lib. 2. de primog. cap. 9. n. 25. Circa hanc legem nota tria.

Primum est, licet sine nuptiarum solemnitate 2 quoad omnes alios iuris effectus matrimonium solo consensu efficiatur, at quoad emancipationis, & acquisitionis usufructus effectum, requiruntur benedictiones Ecclesie, vt patet ex legibus citatis. Sic Ant. Gomez ubi. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 1. n. 13. Perez lib. 4. ordinam. tit. 11. l. 3. fol. 152. Greg. Lopez part. 4. tit. 17. l. 5. vers. El vfo.

Secundò nota, dispositionem dicta l. 48. pro- 3 cedere, licet filius, vel filia contrahat inuitis parentibus matrimonium; adhuc enim acquirunt usufructum, & à patriæ eximentur potestate, quia lex indistinctè loquitur. Sic Ant. Gomez eodem n. 6. & Cifuentes l. 48. Tauri.

Tertiò nota, dum dicta l. 48. Tauri disponit, vt 4 post contractum matrimonium cum Ecclesie benedictionibus pater teneatur restituere filio usufructum, intelligi non de percepto antea, sed de illo, quem perceperit à tempore, quo filius suscepit Ecclesie benedictiones, quia ex tunc acquiritur filio. Sic Castillo eadem l. 48. vers. *restituir*.

DVBIVM XXII.

An si filius, ad quem pertinebat usufructus, scilicet coniugatus, receptis Ecclesie benedictionibus, videat patrem percipere usufructum aduentitiorum, nec peccat ab eo aduentitia, censeatur usufructum remittere, & sic, defuncto patre, non teneantur heredes dictum usufructum illi restituere.

DVplex est sententia.

1. Prima tenet videri remittere usufructum. 1 Ratio, quia pater per hoc, quòd videt filium percipere

capere vsumfructum ad patrem pertinentem, & tacer, cenfetur tacite remittere, & ille vsumfructus erit filij, vt dixi fuprà dubio 15. ergo à contrario idem erit dicendum, quando filius videt patrem percipere vsumfructum ad fe pertinentem, & tacer, cenfetur remittere à maxime cum pater, & filius sint correlatiua, & difpofitum in vno correlatiuo, cenfetur difpofitum in alio. l. finali. ff. de acceptis. & tradit Bernardus Diaz regula 158. Hanc fenfentiam docet Callillo l. 48. Tauri, verf. à reftituir. num. 11.

2. Secunda fenfentia docet, non cenferi filium remittere vsumfructum, & fic effe fibi reftitutum. Ratio differentie est, quia quando filius percipit vsumfructum patris ipfo fciente, & tacente, pater, qui id patitur, poffidet prædicta bona: vnde cum ipfe poffideat, & videat, & patiat filium frui vsumfructu, cenfetur donare: at in noftro cafu pater adhuc retinet bona aduentitia filij, & fruatur eis, & ideo non mirum, fi filius patiat patrem frui, quia nondum poffidet dicta bona, & ideo non videtur per hoc donare. Secundo, quia nihil eft, quod patrem prohibeat reclamare, dum videt filium potiri vsumfructu; & ideo, fi non reclamat, cenfetur donare: at filium reclamare prohibet metus reuercntialis patris, & ideo non eft eadem ratio, & difpofitum in vno correlatiuo, cenfetur difpofitum in alio, vbi eft eadem ratio. Sic tenet Gutierrez de iuramento confirmat. l. 1. p. cap. 4. n. 18. per plures: & in alio fimili, fcilicet patrem recipientem fructus beneficii filij, illi reftituere; tenent idem Perez l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinam. Palacios Rubios rubrica de donat. §. 42. n. 9. & hoc eft verius.

DVBIVM XXIII.

An filiusfamilias per teftamentum, vel renuntiationem poffit patrem vsumfructu priuare.

1. Sensus huius dubij est, an filiusfamilias, cui hodie de tertia bonorum parte teftari permittitur, §. Tauri, quæ hodie eft lex 4. tit. 4. lib. 5. ordinam. & l. 6. Tauri, quæ hodie eft lex 1. tit. 8. lib. 5. poffit præiudicare iuri paterno, teftando non tantum de illius tertij proprietate, fed etiam de vsumfructu, qui conuenit patri ratione patrie potestatis? Similiter etiam an poffit matris legitimam renuntiare in præiudicium vsumfructus que rendi à patre in illa?

Circa primum duplex eft fenfentia.

2. Prima docet poffe etiam teftari de vsumfructu illius tertij. Probat, quia d. l. 5. Tauri fic dicitur: Pueda facer teftamento, como si eſtubiera fuera de fu poder. Sed fi eſſent extra patris potestatem, poffent etiam de illo vsumfructu teftari; ergo. Sic tenet Ant. Gomez l. 6. Tauri n. 14. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. diſſur. 232. fol. 1445. Menchaca de fu cel. progress. lib. 1. §. 1. n. 31.

3. Secunda fenfentia docet tantum poffe teftari de proprietate aduentitiorum in tertia parte, feruato vsumfructu patri, dum vixerit. Ratio, quia quando facultas teftandi conceditur illi, qui teftari non potest, intelligitur, feruatis aliis regulis iuris; quia tantum difpenfat lex cum illa qualitate potestatis patris, non tamen in cæteris. l. 1. quando. C. de iust. reſtam. & confirmatur, quia

licet iure communi filiusfamilias clericus permittebatur etiam de acq̄ſitis ante clericatum reſtari, id tamen intelligitur ſine præiudicio vsumfructus quaſiti patri in talibus bonis, vt docent plures, quos refert, & ſequitur Couar. cap. quia nos n. 2. de teſtam. & Pinellus C. de bonis mater l. 1. p. 1. n. 43. & fateatur ipſemet Anton. Gomez l. 48. Tauri num. 7. ergo ſimiliter in noſtro cafu. Hanc ſenfentiam tenent Gregor. Lopez l. 13. tit. 1. p. 6. verf. que eſta en poder. Tello l. 5. Tauri n. 3. & infrà, & dicit eſſe communem Perez lib. 5. ordinam. tit. 2. l. 1. fol. 62. verf. intellige tamen; & addit ad ſecuram l. Imperator. ff. ad Trebell. n. 78. verf. adde. Royas de ſucceſſione ab inteſtato. c. 29. à num. 23. Mieres de maioratu l. p. 9. 1. num. 46. Auendaño l. 5. Tauri. gloſſa fin. n. 1. Gutierrez lib. 2. queſt. pract. §. 40. n. 4. Matienzo l. 4. tit. 4. lib. 5. recop. gloſ. 3. num. 4. Spino ſpeculo reſtanem. gloſ. 4. fin. Molina dicto tract. 2. diſp. 138. fol. 740. Molina lib. 2. de primog. cap. 9. n. 24. Peralta rubrica ff. de hered. inſtit. n. 181. Idem docent alij afferentes ſtatutum, vt filiusfamilias poffit teſtari, intelligi abſque præiudicio vsumfructus quaſiti patri. Hi ſunt Bald. l. ſi queramus. ſine. ff. de teſtam. Immo cap. quia ingreſſentibus, n. 28. de teſtam. Ang. tract. de teſtam. n. 12. Francus rubrica de reſtam. in 6. n. 45. Guillelmus cap. R. ynnius, de teſtam. n. 24. Bart. l. 1. C. de ſacroſanct. Ecclieſ. n. 21. & fauent Couar. & Pinellus vbi ſuprà. quare hæc ſenfentia, vt probabilior, tenenda eſt.

Nota parentes quantumcumque habeant alios filios legitimus, poſſe in eorum præiudicium concedere filio licentiam teſtandi, vt poſſit ad libitum diſponere, & poterit relinquere parentibus, vt liberè diſponant inter filios, vel extraneos. Sic Gutierrez c. quamuis pactum, de pactis, inſtit. n. 19. & 43. vbi latiffimè probat. Hæc tamen licentia debet eſſe cum iuramento, alias non valet, quia eſt renuntiationis hereditatis viuentis, quæ abſque iuramento non valet, vt docet alios referens Molina lib. 2. de primog. c. 3. num. 49. & 50. Tello l. 6. Tauri num. 65. & quidam admodum doctus notericus à me conſultus, qui dixit non poſſe vxoratum dare filio hanc licentiam ſine licentia viri, quia eſt contractus.

Quo ad ſecundum ſit conſuſio: ſi filiusfamilias renunciet hereditatem maternam, etiam iuramento præſtito, non cenſentente patre, non nocet patri quo ad vsumfructum: ſed ſi mater viuentē patre & manente patria potestate obicit, retinebit pater vsumfructum in hereditate materna. Ratio, quia ea renuntiationis forſit effectum eo tempore, quo mater defuncta eſt, quo patri acquiritur vsumfructus, cui iuri patris filius nocere nequit. Sic tenet Paulus de Caſtro in principio l. fin. C. de bonis, que lib. Tello l. 6. Tauri n. 55. Couar. cap. quamuis pactum. 3. p. §. 2. n. 3. verf. ſecunda probatio, quamuis dubius.

DVBIVM XXIV.

An in primogenio, Ducatu, Comitatu, &c. obueniente filiofamilias ex matre, vel linea materna; vel aliunde, pater habeat vsumfructum.

Ratio dubitandi, quia in bonis donatis à Rege pater non habet vsumfructum, cum ſint quali caſtreſia, ſed bona maioratus videntur à Principi

Principe donata, cum ſaltem Rex faciendi ex eis maioratum licentiam tribuat; ergo.

2. Nota maioratū dupliciter conſtitui poſſe, ſcilicet, vel de bonis priuati, præuia tamen Regis facultate, vel de bonis à Rege donatis abſolute, aut titulo maioratus.

3. Prima conſuſio: ſi maioratus ſit de bonis priuati, etiam præuia Regis facultate conſtitutus, pater habet vsumfructum in eo. Hæc conſuſio eſt certiffima. Ratio, quia iſta bona non donantur à Principe, ſed tantum licentia primogenium conſtituendi: ergo non dicentur ex hac parte quali caſtreſia; cum ergo aduentitia ſint, pater in eis habebit vsumfructum. Sic Greg. Lopez part. 4. tit. 17. l. 7. verf. donatio. Ant. Gomez l. 48. Tauri num. 34. Callillo d. l. 48. Tauri. §. mandamos. Molina lib. 1. de primog. c. 19. n. 18. Tello l. 5. Tauri n. 8. Xuares q. maioratus n. 9. Gomez Arias l. 46. num. 5.

4. Aduerte aliquos ex his, ſcilicet Tello, & Caſtillo dicere filium habere verum ius vsumfructus, & patrem commoditatem: idem Gomez Arias. Sed hoc optimè improbat Molina num. 19. dicens etiam verum ius vsumfructus habere patrem: idem Ant. Gomez ibi.

5. Secunda conſuſio: ſi maioratus ſit conſtitutus ex bonis à Rege abſolute donatis, quæ Rex abſolute alicui pro ſe, & ſuis deſcendentibus donauit, nulla facta maioratus mentione, & is donatarius ex eis maioratum inſtituat, licet pater iſtius donatarij non habeat in eis vsumfructum, eo quòd in illo quali caſtreſia ſunt, vt pote à Rege donata: tamen cum poſtea maioratus hic ad ſucceſſorem peruenerit, pater talis ſucceſſoris habebit in eo vsumfructum. Ratio, quia ſucceſſor non dicitur habere per donationem à Rege, & mutatione perſonæ iam non dicuntur caſtreſia, vel quali. Sic Xuares n. 23. 24. Molina n. 24. Ant. Gomez num. 4.

6. Tertia conſuſio: ſi bona maioratus non ſunt liberè, & abſolute à Rege donata; ſed ea lege vt perpetuo ſint bona maioratus, in eſque iure maioratus ſuccedatur: tunc pater etiam ſucceſſorum non habebit in eis vsumfructum. Ratio, quia tunc omnes ſucceſſores à Rege, non verò à prædeceſſoribus ea bona capere cenſentur; & fic erunt in omnibus ſucceſſoribus, quali caſtreſia ac donata à Principe, iuxta ſuprà dicta. Sic Molina n. 24. Ant. Gomez n. 4. Xuares num. 18. 19. 20. 21.

7. Vltima conſuſio: licet in alijs bonis vsumfructus non finiatur filij morte, at in maioratu ſic. Ratio quia, cum dominium bonorum maioratus filiofamilias competens ad vitam eiufdem reſtrictum ſit, & eo moriente in ſequentem maioratus ſucceſſorem pertranſeat, conſequens eſt, vt etiam parentes vsumfructus, qui ab eius dominio pendet, ceſſare debeat. Sic Molina num. 20. Ant. Gomez n. 4. Tello l. 5. Tauri n. 8.

DVBIVM XXV.

An ſi pater ſit morti proximus, filiusfamilias ipſe acquirat.

Duplex eſt ſenfentia. Prima tenet non acquirere; probatur l. finali, in fine. C. de bonis, qua liber. vbi ſic dicitur.

Qualis vsumfructus poteſt ei acquiri, qui momentarius eſſe oſtenditur. Et ratio eſt, quia cum patria potestas ſit tunc quali conſumpta, nihil operatur, quo ad acquisitionem ſibi faciendam. Sic Segura l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill. n. 92. ſine. Gomez Arias l. 46. Tauri. Baldus l. finali. ff. de condit. inſtit. Franciscus de Arecio conſ. 161. Iafon l. quoniam, ad finem. C. de teſtam.

Secunda tenet acquirere patri. Sic gloſſa ff. de condit. inſtit. l. finali. verf. ſubſtitutos. & ibi Bart. n. 4. & hoc dicit videri verius Xuares lib. legum ſori. tit. 11. l. 9. verf. Tenebis etiam mente.

Sit conſuſio: quo ad vsumfructum probabilius eſt non acquirere filium patri in extremis conſtituto, vnde ſi tunc acquirat aliqua aduentitia, non acquirat pater vsumfructum, & ſic videtur loqui prima ſenfentia; & hoc probat lex finalis, quam pro ſe adducit, quia inutilis eſſet ea vsumfructus acquisitionis, ſi ſtatim pater mori deberet, & ſic ceſſare; at verò, quo ad proprietatem, bene acquirat patri: quare ſi tunc bona aliqua profectitia acquireret filiusfamilias, patri acquireret. Patet, quia dicta lex finalis aperte ſolum loquitur de vsumfructu: nec etiam eius ratio in proprietate procedit, illa enim etiam patri morienti vitilis eſt, quia tranſmitteret ad heredes; ita docet Bart. dicto num. 4. vbi totam hanc conſuſionem docet.

DVBIVM XXVI.

An caſu, quo auferatur patri adminiſtratio bonorum aduentitiorum filij, reſeruetur ei vsumfructus, quando auferatur propter dilapidationem? Item an in dote aduentitia filia acquirat pater vsumfructum.

1. Sit prima conſuſio. In priori caſu non referatur patri vsumfructus, ſed tantum alimenta. Sic Ioan. Andr. addit. ad Speculatore, tit. de dote reſtituenda, addit. finali Greg. Lopez part. 3. tit. 2. l. 2. fine, dicens patere hoc ex illa lege.

Secunda conſuſio: pater non habet vsumfructum in dote aduentitia filie, nec etiam in dote, acquiritur filio propter iniuriam violati tori. Sic Bald. Nouellus tract. de dote, fol. 18. 19. & Greg. Lopez part. 4. tit. 17. l. 5. verf. Eſt vsumfructu. Quæ planius dicit reſoluitur in hoc regno, cum per matrimonium liberetur filius à patris potestate.

DVBIVM XXVII.

An in vsumfructu relicto filiofamilias acquirat aliquid pater.

Plures Doctores aſſerunt patrem non acquirere in illo vsumfructum. Ratio, quia nõ eſt dabilis vsumfructus ipſius vsumfructus, ſicut nec feruitus feruitus. Sic Sylu. donatio 2. q. 7. Molina lib. 1. de primog. c. 19. n. 18. gloſ. Auth. idem eſt, C. de bonis qua liber. & Auth. vbi liceat mari, & auia in principio. Albert. Bart. d. Auth. idem eſt, & l. 1. C. de bonis maternis. verf. quod ſi filio, gloſſa l. fin. ff. de vsumfructu.

Aduerte tamen, quod licet hoc ita ſit, verum commoditatem illius vsumfructus percipit pater, ita vt filius ſit vsumfructuarius, id eſt, habens ius ad vsumfructum: at pater dum vixerit, rebus ex vsumfructu prouenientibus vtetur, & fructur. l. finali, C. de

C. de usufructu. Licet enim usufructus non sit dabilis ipsius usufructus, bene tamen est dabilis commoditas. *L. arboribus. §. 1. ff. de usufructu.* Sic Ant. Gomez l. 48. *Tauri*, num. 2. Bart. Odof. Cynus, Iacobus de Burrio, Alber. Bald. Ang. Saliz. Paulus, & communis, & communis, teste Antonio Gomez l. finali. *C. de usufructu. Azco in summa. C. de bonis, qua liberis.* Xarez q. maioritatus n. 11. *vsque ad 15.*

3. Secundo aduerte ad sciendum quando usufructus relictus filio finitur, quod aut relinquatur filio ipsius contemplatione; & tunc proprietatis erit filij, & commoditas patris, & patre mortuo, manet apud filium, & finitur is usufructus per filij mortem; quia in hoc casu filius est verus usufructuarius. Aut relinquatur filio patris contemplatione, & tunc proprietatis, & commoditas eius est apud patrem, quia talis usufructus censetur tunc proprietatis; quare cum hoc casu pater sit verus usufructuarius, per solam ipsius mortem finitur, non vero per filij mortem: aut nequit constare utrius contemplatione relictus sit; & tunc non extinguitur alterius morte, sed utriusque, & ita mortuo filio, remanet apud patrem, & mortuo patre apud filium. Neque obstat, quod in dubio bona relictia filio, vel ipsi acquiritur, quare tunc sibi, quod ad proprietatem, & pari quo ad usufructum: id enim in aliis bonis mobilibus, vel immobilibus procedit, secus in usufructu, quia in illo specialiter est dispositum, ut in dubio acquiratur superuenienti. l. finali. *C. de usufructu.* Hac omnia notat Ant. Gomez l. 48. *Tauri* num. 2. & affert plures leges, & Doctores.

DVBIUM XXVIII.

An in feudo filijfamilias pater habeat usufructum.

1. Nota ex Sylu. & Summisit *verbo feudum*, in principio, & q. 1. feudum esse concessionem rei immobilis factam pro aliquo seruitio exhibendo, manente dominio directo apud feudum concedentem, vili vero apud feudatarium. Unde de feudi natura est primo quod dominus sibi retineat directum dominium, & proprietatem, & vtile dominium transeat in vasallum. Secundo, quod consistat in re immobili. Differt vero ab emphyteusi, quod vasallus nequit sine domini voluntate feudum impignorare: at emphyteuta potest. Item emphyteusis datur pro aliqua pensione soluenda in pecunia, vel aliquo alio consistente: at feudum datur pro obsequio exhibendo. Cetera de feudo vide in Sylu.

2. Hoc supposito dicendum est, patrem non acquirere usufructum in feudo concesso filiofamilias, etiamsi sit aduentitium (nam in feudo quasi castrensi, vel castrensi, quale esset virtute amorum feudi acquiritur, vel a Principe feudum concessum, manifestum est.) Ratio, quia feudum est seruitus quardam, & feudatarius est velut usufructuarius. Item, quia pater non succedit filio in feudo. Ita Gregor. Lopez *part. 4. tit. 17. l. 5. vers. El usufructo.* Bald. l. si uxorem, in fine. *C. de condit. Bart. l. si quis in fine. C. ad Tertul. glof. l. si patria. C. de usufructu.* Cæpola de cognit. feuds. cap. 1. differrent. 10.

3. Aduertendum tamen (vt dixi *dub. præced.* de

usufructu) acquirere patrem commoditatem in feudo aduentitio filijfamilias. Sic Iacobus de Belouifus, & Baldus l. cum oportet. *fine. C. de bonis, que lib. Xarez q. maioritatus num. 16.*

Tandem in ista materia de usufructu nota non priuari patrem usufructu, licet transeat ad secundas nuptias. Patet l. finali. *C. de bonis mater. & ibi Bart. Odof. Cynus, Iacobus Burrio, Alber. Bald. Ang. Saliz. Paulus, Cornuus, & communis, vt refert, & sequitur Ant. Gomez l. 48. Tauri n. 1.*

CAPVT III.

De iniurijs, & damnis in bonis anime, deque congrua restitutione.

SUMMARIUM.

DVB. 1. An qui malo exemplo, vel consilio inducit aliquem ad peccandum, teneatur restituere.

1. An retrahens volentem ingredi religionem, vel iam ingressum ante, vel post professionem, teneatur aliquid restituere.

3. An retrahens filium, ne subueniat patri indigenti, & subtrahens magistro scolasticis, Advocato suos litigantes, etiamque in alijs officijs, peccet mortaliter, & teneatur ad aliquam restitutionem.

4. An damnificans in bonis spiritualibus, intrinsecis, naturalibus, sive a natura ingenta sint, vt intellectus, vel memoria insistantem aliquem, vel memoria priuando aliquo veneno, sive sim acquiritur, vt sunt scientia, & artes, teneatur restituere.

5. An Confessarius, vel Medicus, vel Advocatus, vel quibus alijs docens falsum, darsque malum consilium, ex quo damnum petenti consilium, alijque sequitur, quando id bona fide, & inculpate fecit, teneatur, si postea comperiat veritatem, lege iustitie docere verum, & si se non doceat, teneatur restituere.

6. An qui teneatur ex officio docere verum, vt Confessarius, vel alius Doctor consultus, si doceat falsum ex negligentia, & culpa lata, ac mortali circavrem, qua non obligabat ad soluendum lege iustitie, teneatur restituere.

7. An audire detractionem sit peccatum mortale, quando ipsa detrahitur peccatum mortale est.

DVBIUM I.

An qui malo exemplo, vel consilio inducit aliquem ad peccandum, teneatur restituere.



VPLEX est sententia.

Prima docet teneri restituere, inducendo scilicet eum ad penitentiam, fundendo pro eo preces, petendoque ab alijs, vt pro eo fundant. Ratio, quia lædens in temporalibus minus nocet, cum spiritualia sint potiora bona: at hic teneatur restituere; ergo. Sic tenent Scotus *dist. 1. §. 3. art. 1.* Richar. *ibi art. §. 2. & 4. ad 8.* Palud. *ibi q. 2. art. 2. conclus. 1.* Maioris *ibi q. 17. dubio ultimo.* Gabr. *ibi q. 17. art. 2. D. Anton. 2. p. tit. 2. cap. 2. §. 1.* Ang. *restitutio 1. verbo, Animam ladens.* Tab. *verbo restitutio. q. 10. Rosel. Restitutio 2. §. 1.* Adria. *4. mar. de restitut. sub finem, q. speciali de hac re. idem tenet*

teneri Caietan. *verbo restitutio, cap. 7. fine*, quando consilio inducit ad peccandum.

2. Secunda sententia omnino tenenda, quam docet *lib. 1. in præcepta Decalogi cap. 6. num. 5. allerit*, quod si citra vim, & fraudem induxit ad peccandum, non tenetur lege iustitie ad aliquid, sed sola charitatis, præcepto scilicet correctionis fraternæ, monere ad bonum, si est spēs emendæ, sicut tenetur alios peccatores, maiori tamen vinculo; ita vt obligatio hæc corrigendi non sit specie distincta ab ea quam alius habet, vel ipse haberet, si non induxisset; sed est maior in eadem specie, cum peccati causa fuerit: si tamen vi, vel fraude, vel metu induxit ad peccandum, tenetur lege iustitie restituere.

Probatur prima pars, quia scienti, & consentienti non fit iniuria. *cap. volenti, de reg. iuris in 6.* fed ille sciens, & volens, nec seductus, nec coactus peccauit; ergo. Et confirmatur, quia si alius a me furaretur centum, & ego quando volo, & eo modo, quo volo possum recuperare, alius non tenetur restituere ad peccandum potest, quando voluerit, ad primum reduci statum; ergo.

Probatur secunda pars, quia semper fit iniuria cum ratione deceptionis, & metus extorquetur consensus, quia dolus, & metus tollunt voluntarium, & sic fit iniustitia. Sic tenent Mercado *lib. 6. de contract. cap. 2. Soto lib. 4. de iustit. q. 6. art. 3. ad 1.* Ledesma. 2. 4. *quest. 18. art. 2. dub. 1. fol. 240. pag. 2.* Nauarr. *summa cap. 14. Hisp. num. 32. Lat. num. 45.* Sylu. *restitutio 3. quest. 1.* Nauarra *lib. 2. de restit. c. 2. n. 1. fol. 47.* Cord. *summa quest. 172.* Pedraza 5. *precepto §. 7.* Aragon 2. 2. *quest. 62. art. 2. fol. 176.* & *ibi Salon controuers. 2.*

3. Nota primo, quod quando metu reuerentiali inducit quis alium ad peccatum, vt si pater, vel dominus, vel superior, aut propinquus maior, quem alius reueretur, inducat ad inimicitias cum alio, vel ad aliud peccatum. Nauarra *ibid. num. 2. fol. 49.* inclinatur magis in hoc, quod non teneatur lege iustitie restituere. Sed contrarium tenendum est cum Nauarro & Sylu. *ibidem*; quia hic metus impedit liberam voluntatem, sufficiensque est ad votum etiam solenne annullandum, vt constat ex dictis *lib. 4. sum. cap. 3. num. 26. & lib. 4. de matrimo. disp. 6. ad num. 1. vsque ad 35.* & sic iniuriam causat. Ex tendit etiam hoc Syluest. quando manet in peccato, vt compleat alteri, quod alter teneatur restituere. Sed hoc intelligendum est, vt bene Nauarra *eo num. 2.* quando ea complacentia causaret metum reuerentialem, vt quando peccat, ne amittat gratiam Principis, secus quando esset aequalis is, cui complaceret peccando, quia tunc nullum inuoluntarium causatur.

Secundo nota, non constare inter Doctores huius secundæ sententiæ, quo pacto teneatur restituere, qui vi, vel metu induxit ad peccandum; quidam enim censent non satisfacere auferendo vim, & metum, vel docendo veritatem, si deceptus, sed teneri inducere ad bonum ex lege iustitie; & pro eo fundere preces, vt ab illo peccato desistat, vt docebat prima sententia citata. Probat, quia hic tenetur non tantum ad reparanda peccata futura, quod reparatur tollendo vim, &c. fed etiam ad reparandum peccatum commissum, id enim damnum sua iniustitia intulit: sed hoc damnum non reparatur auferendo tantum

vim; ergo. Sic tenent Aragon, & Cord. *ibi supra*, & expresse etiam Nauarr. Sylu. Nauarra *supra*. Dicunt enim primam sententiam, quæ docebat teneri inducere ad bonum, & pro eo fundere preces, esse veram, quando quis vi, vel metu induxit ad peccatum: immo addit Aragon aliquando etiam teneri bona temporalia conferre, quando scilicet in eo statu constitutus est peccator vi, & metu, vt reuocari non possit absque eo, quæ d. matrimonium contrahat, ad quod necessaria est dos aliqua.

Ceterum verius esse credo fat esse auferre vim, vel merum, vel dolum, in sua pristina libertate relinquendo inducendum ad peccatum. Probat, quia tota ratio iniustitiæ in sola vi, vel metu, vel deceptione consistit, hæc enim causa cessante omnino voluntarie persistit in peccato: volenti autem non fit iniuria; ergo sublata hac iniustitia, nullæ obligatio iustitie ad restituendum superest. Confirmatur ex ratione adducta ab iisdem Doctores secundæ sententiæ contra primam: nam sublata vi hæc, potest peccator, quando voluerit, & eo modo, quo voluerit ad primum reduci statum; ergo alius non tenetur amplius restituere. Et sic ad rationem contrariæ sententiæ distinguenda est minor: auferendo vim non reparatur, id est, non restituitur omnino ad primum statum, cenceo; id est, non sufficienter reparatur, quoad iniustitiam illatam, ita vt constituat in eo statum, in quo liberè, & quando voluerit, potest ad primum statum redire, nego. Hanc videtur tenere Soto *supra*, & Salon *supra*, explicans enim hac restitutionem ad quam tenetur, dicit teneri auferre vim, vel metum, vel deceptionem; & clarius Ledesma *supra*, dicit enim perleucante causa, scilicet vi, & metu, teneri restituere: quasi expresse dicat, illa cessante ad nihil lege iustitie tenet, sed sola lege charitatis ad correctionem fraternam. Et confirmatur, quia si ego vinculis constringerem aliquem, ne adiret consecutum beneficium, satisfacere vincula soluendo, nec teneret inducere ad adendum, cum solutis vinculis liber maneat ad hoc.

DVBIUM II.

An retrahens volentem ingredi religionem, vel iam ingressum ante, vel post professionem, teneatur aliquid restituere.

Quidam asserunt, quod retrahens iniquo animo volentem ingredi religionem, vel iam ingressum, tenetur restituere, suadendo ipsi, quod intret, & si nolit, substituendo alium, qui intret, & si cum non inueniat, tenetur ipse ingredi. Probat primo exemplo Raymundi, qui ob hanc causam monachus factus est. Secundo, quia potens restituere rem sublatam, vel æquivalentem, tenetur ad id; ergo tenetur retrahendum reducere, vel alium, vel seipsum, si idoneus sit, religioni tradere. Sic tenent Adrian. *V. mar. de restitut. sub finem, quest. de bonis anime restituendis*, Passarellus super priuilegia Ministorum *cap. 40. D. Anton. 2. part. tit. 2. cap. 2. §. 1.* Maioris 4. *dist. 1. §. quest. 17. dub. ultimo.* Palud. *ibi quest. 2. art. 2.* Scotus *ibi quest. 3. artic. 1.* Gabr. *ibi quest. 17. artic. 3.* Rosel. *restitutio 2. §. 1.* Sylu. *restitutio 3. quest. 1.* idem tenet de extrahente profellum Tab. *verb. restitutio q. 10.*